



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 2618

Quando abolebit omnem principatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36296

men actio
cui patr
ipsum in
r Ecclesia
ice potest
o illud
z ostend
mmedia
& app
patrem
4. Ne
Ac in p
mus, sc
exaudi
patrem,
simul pa
ctu in co
us ad e
us.
n prom
ontentia
tuo bene
uulus d
&c. A
ut serpe
ideo, ut
ulteris, c
feminae

semine Abrahæ de paruulo nato ex uirgine

Quanquam igitur tota diuinitas conterit caput serpentis, tamen id sit immediatè per Mediatorem, & meritum est proprium Mediatoris, quo satissimè iusticæ Dei. Deinde & ipsa actio, qua colligitur Ecclesia per ministerium, & sanctificatur dato Spiritu sancto, & eripiuntur sancti ex æterna morte, est immediatè opus filij, sicut expressè dicitur Iohan: 17. Dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis uitam æternam.

Has actiones habet Rex Christus, donec adducet resuscitatæ Ecclesiam ad patrem, id est, donec diuinitas immediatè se ostendet Ecclesiæ. Tunc offeret regnum patri, id est, ostendet has actiones completas esse. Et deinde simul regnabit ut Deus, immediatè diuinitatem nobis ostendens, non habens iam actiones deprecatoris, aut colligentis Ecclesiam per ministerium.

Quando abolebit omnem principatum.

Aliqui intellexerunt de imperijs mundi, & de potentia Diabolorum, sicut Danielis secundo & septimo de interitu Imperiorum dicitur. Etsi autem & hanc sen-

R 3 tentiam

I. EPISTOLA AD

rentiam complectimur, tamen generaliter intelligo aboleri & imperia mundi, & potentiam Diabolorum, & ministeria angelorum & Ecclesiae. Imo & auxilia cibipotus, & aliarum creaturarum, quia non Deus se ostendet immediate, & uiuificat beatos, immediate effundens in eos sunt lucem, sapientiam, iusticiam & laeticiam hanc sententiam & postea dicitur: Debet omnia in omnibus, scilicet non per ministerium Euangelij regens, sed immediate se ostendens, uiuificans, & effundens in beatos suam mirandam lucem, & plenitatem iusticiam & laeticiam.

Ἐπεὶ τι ποιήσαστε διαπίσθωμοι ἡνὸς τῶν νεκρῶν.

Alioqui quid facient, qui baptisantur pro mortuis.

Constat nunc, etiam cum infantes baptizantur, tamen recitari articulos Symboli, ut uocant. Id exemplum sumptum est a prima Ecclesia, in qua optimo consilio institutum fuit, ut fieret planissima professio singulorum articulorum. Escribunt quidam, adductos esse baptizandos ad ossa mortuorum, & ibi professos